52 waren die Gallier der Meinung, durch mehrer konzentrierte, gleichzeitige Angriffe die Römer endgültig schlagen zu können...

Quae ne opinio Gallorum confirmaretur, Caesar Marcum Antonium quaestorem suis praefecit hibernis; ipse equitum praesidio pridie Kal Ianuarias ab oppido Bibracte proficiscitur ad legionem XIII, quam non longe a finibus Aeduorum collocaverat in finibus Biturigum, eique adiungit legionem XI, quae proxima fuerat. Binis cohortibus ad impedimenta tuenda relictis reliquum exercitum in copiosissimos agros Biturigum inducit, qui, cum latos fines et complura oppida haberent, unius legionis hibernis non potuerint contineri quin bellum pararent coniurationesque facerent.

Bibracte (Nom,Akk,Abl) Bibracte, Stadt der Häduer
continere mit quin und Konjunktiv: zurückhalten, etwas zu machen